

L'Agostino di Wyclif: Influenze agostiniane nel *De civili dominio*

ALBERTO GARZONI - KEBLE COLLEGE, UNIVERSITY OF OXFORD

John Wyclif (c. 1331 - 1384) e il *De civili dominio*: il contesto.

- I. Il contributo alle politiche del duca di Gaunt e **l'intreccio tra attività scolastica e impegno politico** (i colloqui di Bruges del 1374).
- II. Il ruolo del benedettino **Adam Easton** alla corte di Gregorio XI e **l'elenco di opinioni eterodosse** inviato ai vescovi Sudbury e Courtenay; il legame intellettuale, vero o presunto, con il *Defensor pacis*.
- III. La corrispondenza con il francescano **William Woodford** e la connessione tra dominio civile e il **diritto alla proprietà del clero**.

Wyclif e Agostino: ragioni di una presenza e di un'assenza.

- I. L'evoluzione dell'università di Oxford e **la disputa** tra Richard FitzRalph e gli agostiniani (George Hardeby, John Kedington) **sui diritti e doveri pastorali degli ordini**:

«The friars' attack [...] sought to undermine FitzRalph's theory of dominion, which was [...] based heavily **on Augustinian theology**». (A. E. Larsen 2006).
- II. La relativa assenza di Agostino nel **volume sulle fonti curato da Campi e Simonetta (2021)**; il disinteresse nei confronti di Wyclif stesso, sia da un punto di vista testuale (e.g. le edizioni critiche di Poole e Loserth) che concettuale.
- III. Lo stato degli studi sulla **ricezione di Agostino**, e soprattutto dell'Agostino politico.

Note metodologiche

- I. Natura e cifre della presenza di Agostino nel *De civili dominio*.
- II. La scelta di limitare la presentazione al Libro I: carattere esplorativo e testuale del contributo.
- III. L'organizzazione tematica dei testi e i due scopi dell'analisi.

Testi

I. Hic oportet notare distinccionem in principio tractatus de Divino Dominio capitulo tercio declaratam quod alium est dominium divinum, aliud angelicum, et aliud humanum: **ipsum autem subdividitur, cum aliud civiliter coactivum, et aliud ewangelice regimentum; primo modo non debet ecclesiasticus dominari, sed secundo modo debet quilibet Christianus modo suo dominari cuilibet**; et sic prophete erant reges eorum quibus spiritualiter sunt prefecti, et tanto verius quam reges seculi, quo officium regendi exercent in animam. [...] E]t correspondenter ad reges vel regulos quoad corpus, oportet esse reges animorum secundum ordinem se habentes; et sicut reges gentium utuntur iuribus civilibus pro suo regimine, ita debent reges spirituales uti pro suo regimine lege ewangelica permixte.

De civili dominio I, xi (24A, 20-ss.)

➤ **Agostino garantisce il supporto uniforme dei Vangeli. Con questo, Wyclif sta rivelando una nozione di tradizione patristica o contravvenendo al suo intento di recuperare l'autorità suprema della Scrittura?**

II. Ut autem ista materia sit clarior oportet ex dictis de iure **trimembrem divisionem** excerpere, scilicet quod aliquod est ius divinum, aliquod est ius canonicum, et aliquod ius civile. **Ius divinum est ius a solo Deo institutum, per Christum verbo et opere explanatum, ut lex ewangelica.** Ius canonicum vocatur ius a prelati ecclesie institutum et promulgatum ad rebelles sacris regulis coerendum: et **potest intelligi ut incommunicans iuri ewangelico, ut sunt tradiciones humanitus invente; vel ut communicans iuri ewangelico, ut sunt articuli fidei in sanctis synodis sive consiliis explanati.** Sicut enim idem est homo in vestibus aut actibus noticiam inducentibus variatus, sic eadem est **lex vel veritas ewangelica in ewangelio implicita vel detecta, et per ecclesiam postmodum aliter sed non contrarie explanata,** ut patet de fide quam credimus: nec capit lex canonica in pugnacionem a lege Dei quoad istam partem, et quoad aliam partem communicat plurimum cum civili, **ideo aggregat in se parcialiter duas leges. Ius autem civile est ius occasione peccati humanitus adinventum** ad iustificandum rempublicam coactive quoad bona corporis et fortune, sicut ius ewangelicum rectificat quoad bona gracie: sed **post dotacionem ecclesie adinventum est una differencia inter ius canonicum et civile, quod ius canonicum rectificat bonum fortune et nature parti ecclesie clericali, ius vero civile rectificat predicta bona parti ecclesie laycali.** Et de commixtione usus istorum disseminatum est seminarium magnum discordie in ecclesia sancta Dei, **sic quod in toto sufficit ad propositum bimembris, iuris divini scilicet et humani.** Ius divinum creatum est ius divinitus inspiratum: ius humanum est ius occasione peccati humanitus adinventum. [...] Ideo Augustinus, *Epistola xxxiii* ad Bonifacium, distinguendo inter civile dominium et divinum **secundum differenciam communicabilitatis et incommunicabilitatis,** postquam declaravit communicabilitatem ex condicione perfectionis inesse divino dominio, subdit de humano dominio ut civili, «Quis» inquit «avarus querit conpossessorem aut quis, dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominacionis elatus, desiderat habere consortem?» et **ratione illius addidi ex equo,** sciens quod tam in naturali quam civili dominio stat multos dispariter et unum capitaliter dominari, ut in latitudine civilis domini stat regem et principem, baronem, et militem, super eodem fundo dominari; sed hoc erit gradatim in gradu dispari.

De civili dominio I, xviii (40B, 31 – 40C, 28; 41B, 24 – 41C, 2).

- **Wyclif elabora originalmente (aggiungendo l'espressione *ex equo*) le nozioni agostiniane di *communicabilitas* e *incommunicabilitas*, e si serve dell'aggiunta per specificare e rafforzare la sua spiegazione dei diversi tipi di dominio. In che cosa può consistere la *ratio illius* che sostiene di aver preservato?**

III. Videndum est quod debet esse officium regis in quantum huiusmodi; et constat quod non solum custodire bona mobilia regni sui, quia hoc officium in ecclesia est plus abiectum, ut patet ex dictis, capitulo xxii. **Cum ergo regis sit ministerium Dei, secundum eminentiam virtutis gradui correspondens, patet quod regis est regere secundum legem divinam homines regni sui;** et cum partes iusticie sunt declinare a malo et facere bonum, patet quod rex debet rebelles divinis legibus et aliis subministrantibus cohercere, et factores iusticie secundum caritatis regulas promovere. **Patet ex hoc quod reges habent a Deo potestatem subjectos suos ministerialiter regulandi;** non est regulatio hominis, si non ista: ergo habent a Deo potestatem ut illud faciant. Et cum hoc sit precipuum Dei ministerium, quod est principaliter exequendum, patet quod hoc principaliter spectat ad regum officium. Ex isto [...] ellicit Augustinus, epistola xxxvii. ad Macedonium, predictum regis officium. Unde, epistola xxxiii. ad Bonifacium, hoc idem expressius declarat, recolligens totum officium regis in quatuor: primo, leges iustas legi Dei consonas sanxiendo; secundo, secundum dictas leges divino cultui contraria destruendo; tercio, ad placandum Deum populum compellendo; et quarto, **ad pacificandum populum tam extrinsecus quam intrinsecus seculare brachium apponendo.** In istis quatuor consistit iusticia regis. Ex hoc concludit Augustinus quod, licet in primitiva ecclesia, quando «astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius [...]», **apostoli non pecierunt auxilium e brachio seculari.**

De civili dominio I, xxvi (61B, 12-26; 61D, 19 – 62A, 31).

- **Wyclif ricorre a estratti dalle lettere 'politiche' di Agostino per rafforzare la sua concezione dell'ufficio regale. È possibile stabilire se il suo sforzo intellettuale è rivolto a distinguere aspetti del dominio civile o, piuttosto, a trasferirli da un attore pubblico (il clero) a un altro (la monarchia)? In questo sforzo, come vanno intesi il rapporto tra teoria ed esperienza diretta della vita civile, e l'autorità di Agostino?**

IV. Nec licet catholico dubitare quin omnis creatura rationalis debet servire Deo continue in caritate, **ratione beneficii accepti ab eo, tamquam domino capitali.** Nam si Deus daret quidquam homini sine onustate sui servicii, cum proprium sit Deo habere bona sine subiectione vel servitute domini superioris, tunc gloriam suam daret alteri coequando sibi; quod est impossibile [...]. Unde Augustinus in xix. de civitate Dei inquit «Deus enim naturarum omnium sapientissimus conditor et iustissimus ordinator dedit hominibus pacem et ea que sibi adjacent, eo pacto equissimo ut qui recte eis usus fuerit, accipiat poctora; qui autem perperam, nec illa accipiat sed hec amitat». Et infra, xxi. capitulo, **probat quod nunquam fuit Romana respublica quando gens illa non fuit secundum fidem Deo subdita,** quia descriptive «respublica est res populi», **populus autem descriptive est «cetus multitudinis, iuris consensu et utilitatis communionem sociatus»;** qui,

abutens iurisdictione sua, ymmo omnino perdit illam. Non ergo est possibile quod creatura deobligetur servire summo Domino secundum summam eius potenciam, scilicet volitivam; et per consequens super omnia diligat Deum suum. Nec est possibile aliter dominari, cum enim dominari dicit regere; **si vero homo dominetur inique, tunc regeret inique, quod esset unum regimen, sive Deo approbante sive non approbante, blasphemum edicere** [...]. Ex istis patet quod Deus non potest donare quidquam homini nisi sub condicione quod serviat sibi in gracia: cum oportet omnem donacionem hominis exemplari a donacione divina, patet quod nemo potest donare quidquam ecclesie nisi sub condicione ut serviat Deo in gracia; oportet enim Deum prius donare omne quod creatura sua donat. Si ergo populus laicalis videt quod genus clericorum inveteratum abusu dissolvit istam condicionem Deo et **homini quoad bona pauperum abutenda, et recta intencione hoc auferat**, dans populo conservanti ipsam debite Deo et homini; videtur quod iusticiam iuste facit.

De civili dominio I, xlii (113D, 34 – 114A, 4; 114A, 29 – 114B, 29).

- **Wyclif reinterpreta le definizioni agostiniane di *populus* e *respublica*, così come emergono in *ciu.* XIX, xxi-xxiv, e la nozione di *utilitas*, per sostenere che l'abuso del dominio civile comporta necessariamente una perdita di legittimità: il mantenimento legittimo dell'ufficio civile dipende dalla statura morale di chi lo detiene. Siamo di fronte a un esempio di secolarizzazione/laicizzazione di concetti già teologici?**